

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

# BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0409

Sabato 22.06.2013

## LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO SLOVACCO (NITRA, 5 LUGLIO 2013)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO SLOVACCO (NITRA, 5 LUGLIO 2013)

In data 10 maggio 2013, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Franc Rodé, C.M., Prefetto emerito della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica, ad Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione del 1150° anniversario dell'arrivo dei Santi Cirillo e Metodio in territorio slovacco, in programma a Nitra (Repubblica Slovacca) il 5 luglio 2013.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti Ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Vladimir Stahovec, della diocesi di Rožňava, attualmente Rettore del Pontificio Collegio dei Santi Cirillo e Metodio a Roma;
- Rev.do Don Martin Kramara, della diocesi di Žilina, Cappellano incaricato dalla diocesi di Roma della pastorale per gli slovacchi ivi residenti.

Riportiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Card. Franc Rodé, C.M.:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE** *Venerabili Fratris Nostro*  
**FRANCISCO S.R.E. Cardinali RODÉ C.M.,**  
*Congregationis pro Institutis vitae consecratae*  
*et Societatibus vitae apostolicae olim Praefecto*

Millesima centesima quinquagesima recolitur iam memoria ex quo tempore ad hodierna Slovachiae loca pervenerunt sancti Cyrillus et Methodius Evangelii nuntium allaturi atque Domini salutaria beneficia gentibus illis subministrari copta sunt. Per sacram liturgiam et litteras non modo spiritale pabulum est suppeditatum verum etiam humanitas cultusque. "Ambo fratres, consciit antiquitatis et legitimae rationis eiusmodi sacrarum traditionum, non veriti sunt linguam Slavicam in liturgia adhibere, quam efficax instrumentum effecerunt ad veritates divinas iis tradendas, qui eo utebantur sermone" (*Slavorum Apostoli*, 12).

Admodum ideo decet et convenit ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non huius rei dumtaxat memoriam repetendi, verum homines ad

translaticiam hereditatem considerandam et firmorem fidem certioraque proposita, pristinis illis instantibus exemplis, permovendi.

Benignissimo igitur favente Domino, evenientis mensis Iulii V die Nitriae sollemnisi erit ab illorum adventu anniversaria commemoratio agenda, concurrentibus quoque fidelibus circumcirca commorantibus, ut agri hi dominici, inde fere sumentes vim, uberiores fructus fundant et laetiores spiritales commoditates in dies experiantur.

Quocirca ut ritus hic magnificentius efficaciusque evolvatur, postulantibus Slovachiae Praesulibus, cum Nos adesse non possimus, libentissime mittere aliquem eminentem Praesulem statuimus, qui partes Nostras sustineat et Personam agat. Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, ***Missum Extraordinarium nostrum*** renuntiamus et constituimus ad celebrationem quam supra diximus agendam.

Universis igitur participibus fidelibusque inibi cunctis mentem Nostram benignam ostendes, cum quamvis longo spatio separaremur adsimus spiritu praesentes. Demonstrabis insuper horum Europae compatriorum claritatem, qui ut Ecclesia his in partibus amplificaretur summopere adlaborarunt. Omnibus Nostro nomine Benedictionem Apostolicam impertias volumus, quae sit animorum renovationis signum et Nostrae dilectionis certissimum documentum.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXXI mensis Maii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[00941-07.01] [Testo originale: Latino]

---